



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt episcopi à solo domino sint diiudicandi. cxxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

manentem. Ecce homicida probabiliter esse declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam & si manus nō moueat ad occidendū: pro eo tamen quia immitis est ad nocendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iā interfecto conuincitur. Cū igitur his præceptis beatus Apostolus Paulus consona prædicatione, concordet, dicens, Sol non occidat super iracundiam vestrā. & Nolite locum dare diabolo, relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ in tantâ obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solū illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annoſa quidem transactio temporum, ad bonū charitatis reclinet. Quippe in quorū cordibus ita sol iustitiæ Christus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix possint. Horum igitur & similibus discordantiū fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis definitionē nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantiū id speciali definitione præcipimus, vt antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorū accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordiæ seruierunt. Quod si vnus eorum alio contemnite ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra Ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur: sententia tamen superiori seruata, vt tempus quod in iram expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

*Vt nullus de episcopo suo querelam faciat, nisi prius eum de eadem sæpe interpellet. Cap. CXXXII.*

**S**I quis erga episcopum, vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates, aut alios adeat iudices, quàm ipsos à quibus se læsum aestimat, conueniat familiariter: non semel, sed sæpissimè: vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis & ab aliis cōmunionem priuetur, tanquā apostolorum, aliorūque patrum contēptor.

*Ex decr. Alexandri papæ, omnibus orthodoxis missis cap. 2.*

*Vt episcopi à solo domino sint dydicandi. Cap. CXXXIII.*

**E**Piscopos autem à solo domino iudicandos aut remouendos, & non ab aliis esse dicebat: quia sui sunt, non

*Ex decr. Clemētis pa. ca. 38*